





PAVIRGILII
MARONIS BVCOLICA
SERIO EMENDATA.

*Cum Scholijs Franc. Sanctij Brocensis, in incluta
Salmanti. Academia Primarij Rhetorices,
Græcæque Linguae Doctoris.*



SVB PERMISSV.

SALMANTICÆ,

Apud Didacum à Cussio.

cl. l. xcl.

²
IO ANNI GRIA.

LO CANONICO CALA.

GVRRIANO, GVILLEL-
MVS FOQVEL. S.P.D.

Facetissimi Poetae Martialis dictum in re simili
vsurpabo, Graele doctissime, Rustibi vendo tuum.
Nam quum tu, non ita pridem, opera Virgilij ex
antiquis manuscriptis codicibus, doctorum iudicio exa-
minata mihi excudenda tradidisses: atque ego nihil cum
etatis operi manus admouissem: nescio quo Maronis fa-
to, cuius id maxime intererat, illud opus ita fuit inter-
missum, vt nulla iam reliqua esset spes tam praclari co-
natus perficiendi. Ego tamen, quia Bucolica pene absol-
ueram, ne tuae curae omnes perirent omnino, ea vulgare
decreui, exorato Sanctio nostro Brocensi, vt ex Miscel-
laneis, quae in aduersarijs habet, auctarij vice aliquid ad-
deremus. Id pusillum ac tenue quicquid est, quia tibi de-
betur, vir eximie, tibi dicandum duxi: tu hanc benevole-
tiam, seu potius audaciam, quia ex candido animo pro-
ficiscitur, aequi bonique, quae tua est humanitas, estima-
bis. Vale, Salmantica. xx. Februarij. c. l. l. xci.

3

P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICA.

ECLOGA I.
MELIBŒVS. TITVRVS.

*Me. TITVRE, tu patula recubās sub tegmine fagi,
Siluestrem tenui musam meditaris auena:*

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:

*Nos patriam fugimus, tu Titure lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amarullida siluas.*

Ti. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.

Nanque erit ille mihi semper deus, illius aram

Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum

Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

*Me. Non equidem muideo, miror magis, vndique totis
Vsque adeo turbatur agris, en ipse capellas*

Protinus æger ago: hanc etiam vix Titure duco,

Hic inter densas corulos modo nanque gemellos,

Spem gregis, ab silice in nuda connixa reliquit,

Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,

De cælo tactas memini prædicere quercus:

Sed tamen, iste deus qui sit da Titure nobis.

Ti. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe putau

Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus

Pastores ouium teneros depellere fœtus.

ECLOGA I.

4

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
 Noram, sic parvis componere magna solebam.
 Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes
 Quantum lenta solent inter viturna cupressi.
 Me. Ecquæ tanta fuit Romam tibi caussa videndi?
 Ti. Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem:
 Candidior postquam tondenti barba cadebat:
 Respexit tamen, & longo post tempore venit:
 Postquam nos Amarullis habet, Galatea reliquit.
 Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
 Quamuis multa meis exiret victima septis
 Pinguis: & ingrata premeretur caseus vrbi:
 Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.
 Me. Mirabar, quid mæstæ deos Galatea vocares,
 Cui pendere sua patereris in arbore poma.
 Titurus hinc aberat: ipsæ te Titure pinus,
 Ipsi te fontes, ipsa hæc arbuſta vocabant.
 Ti. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat:
 Nec tam præſentes alibi cognoscere diuos.
 Hic illum vidi iuuenem Melibæe, quotannis
 Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
 Hic mihi responſum primus dedit ille petenti:
 Pascite, vt ante bonos pueri, submitte tauros.
 Me. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt:
 Et tibi magna satis: quamuis lapis omnia nudus,
 Limosoque palus obducatur pascua iunco:
 Non insueta graues tentabunt pabula: fætas

*Nec mala vicini pecoris contagia ludent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Humbleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras:
Nectamen interea rauca, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
Ti. Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Ante, pererratis amborum finibus, exsul
Aut Acarim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quam nostro illius labatur pectore vultus.
Me. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:
Pars Scuthiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britānos,
En vnquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit,
Barbarus has segetes: en, quo discordia ciues
Perduxit miseros: en, queis consequimur agros.
Insere nunc Mælibæe piros, pone ordine vites.
Ite meæ, felix quoddam pecus, ite capellæ.
Non ego vos, post hac, viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupc videbo:
Carmina nulla canam: non, me pascente, capellæ*

Florentem cuthisum, & salices carpetis amaras.

*Ti. Hic tamen hanc mecum poteras requiescere nocte,
Fronde super viridi, sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbræ.*

ECLOGA II.

*FORMOSVM pastor Corudon ardebat Alexin,
Delicias domini, nec quid speraret habebat.
Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
Assidue veniebat, ibi hæc incondita solus
Montibus, & silvis studio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:
Nil nostri miserere: mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thristulis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillumque herbas contudit olentes.
At mecum raucis, tua dum vestigia lustras,
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.
Non ne fuit satius, tristes Amarullidis iras,
Atque superba pati fastidia, non ne Menalcam,
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses;
O formose puer, nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt vacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, neq; qui sum, quæris Alexi,*

ECLOGA II.

*Quam dives pecoris, nunc quam lactis abundans.
 Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ,
 Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.
 Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
 Amphion Diræus in Oetæo Aracuntho.
 Nec sum adeo informis nuper me in littore vidi,
 Cum placidum ventis staret mare, non ego Daphni
 Iudice te metuum, si nunquam fallat imago.
 Otantum libeat mecum tibi sordida rura,
 Atque humiles habitare casas, & figere ceruos,
 Hædorumque gregem viridi compellere hibisco.
 Mecum vna in silvis imitabere Pana canendo.
 Pan primus calamus cera coiungere plures
 Instituit. Pan curat oves, oviumque magistros.
 Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
 Hæc eadem ut sciret quid non faciebat Amuntas;
 Est mihi disparibus septem cōpacta cicutis
 Fistula, Damætas dono mihi quam dedit olim:
 Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
 Dixit Damætas: invidit stultus Amuntas.
 Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti,
 Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo,
 Bina die siccant ovium vbera, quos tibi seruo.
 Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat:
 Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.
 Huc ades o formose puer: tibi lilia plenis
 Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
 Pallentes violas, & summa papavera carpens,*

Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
 Tum casia, atque alijs intexens suauibus herbis,
 Molli luteola pingit vacinia caltha.
 Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
 Castaneasque nuces, mea quas Amarullis amabat:
 Addam cerea pruna: & honos erit huic quoque pomi:
 Et vos ò lauri carpam & te proxima morte:
 Sic posita quoniam suaves miscetis odores.
 Rusticus es Corudon: nec munera curat Alexis.
 Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
 Eheu quid volui misero mihi? floribus austrum
 Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
 Quem fugis ab demens: habitaturunt dii quoque siluas.
 Dardaniusque Paris. Pallas, quæ condidit arces,
 Ipsa colat: nobis placeant ante omnia siluæ.
 Torna leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
 Florentem cuthisum sequitur lasciuia capella,
 Te Corudon ò Alexi. trahit sua quemque voluptas.
 Ad spice, aratra iugo referunt suspensa iuenci,
 El sol crescentes decedens duplicat umbras:
 Me tamen vrit amor, quis enim modus adsit amor?
 Ab Corudon, Corudon, quæ te dementia cepit?
 Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
 Quin tu, aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
 Viminibus mollique paras detexere iunco.
 Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

ECLOGA III.

ECLOGA III.

Menalcas. Damætas. Palæmon.

Me. Dic mihi Damæta, cuium pecus, an Melibœi?

Da. Non, verum Ægonis, nuper mihi tradidit Ægon

Me. Infelix ò semper oues pecus. ipse Neæram

Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,

Hic alienus oues custos bis mulget in hora,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Da. Parcius ista: viris tamen obijcienda memento.

Nonimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,

Et quo, sed faciles numphæ risere, sacello.

Me. Tum credo, cum me arbustum videre Muconis,

Atque mala vites incidere falce nouellas.

Da. Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum

Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca,

Et cum vidisti puero donata, dolebas:

Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Me. Quid domini faciant, audent cum talia fures?

Non ego te vidi Damonis pessime caprum

Excipere insidijs, multum latrante Lucisca?

Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille?

Titure coge pecus, tu post caretta latebas.

Da. An mihi cantando victus non redderet ille,

Quem mea carminibus mernisset fistula caprum?

Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon

Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

Me. Cantando tu illum aut vnquam tibi fistula cera
Iuncta fuit non tu in truijs indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Da. Vis, ergo, inter nos, quid possit vterque, vicissim
Experiamur; ego hanc vitulam ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbera fœtus,
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes,

Me. De grege non ausim quidquam deponere tecum,
Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca,
Bisque die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verum id quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hedera vestit pallente corumbos.

In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor quæ curuus arator haberet,
Nec dum illis labra admoni sed condita seruo.

Da. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum est ansas amplexus acantho:

Orpheaque in medio posuit, siluasque sequentes.
Nec dum illis labra admoni, sed condita seruo.

Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

Me. Nūquam hodie effugies: veniā quocūque vocaris.

Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon.
Efficiam, posthac ne quemquam voce laceffas.

Da. Quin age siquid habes: in me mora non erit vlla.

Nec quemquam fugio. tantum vicine Palæmon

Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.

Pa. Dicite. quandoquidem in molli consedimus herba:

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor:

Nunc frödent silvæ: nunc formosissimus annus:

Incipe Damata: tu deinde sequere Menalca.

Alternis dicetis: amant alterna Camænæ.

Da. Ab Ioue principium Musæ. Iouis omnia plena.

Ille calit terras, illi mea carmina curæ.

Me. Et me Phæbus amat: Phæbo sua semper apud me,

Munera sunt, lauri, & suave rubens huacinthus.

Da. Malo me Galatea petit, lasciva puella,

Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

Me. At mihi sese offert ultro, meus ignis, Amuntas:

Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

Da. Parta meæ Veneri sunt munera: nanque notavi

Ipsæ locum, aeræ quo congesse palumbes.

Me. Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta

Auria mala decem misi, cras altera mittam.

Da. O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est:

Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.

Me. Quid prodest, quod me ipse animo nō spernis Amūta

Si, dum tu seclæris apros, ego retia seruo,

Da. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Me. Phyllida amo ante alias nam me discedere fleuit,

Et, longum formose vale, vale inquit, Iola.

Da. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

Arto-

Arboribus venti, nobis Amarullidis iræ.

Me. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,

Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amuntas.

Da. Pollio amat nostram, quamuis est rustica, musam.

Pierides vitulam lectori pascite vestro.

Me. Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurum,

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

Da. Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoque gaudet.

Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.

Me. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui:

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Da. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,

Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Me. Pascite oves nimium procedere, non bene ripæ

Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccet.

Da. Titure pascentes à flumine reijce capellas:

Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

Me. Cogite oves pueri: si lac præceperit æstas

Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.

Da. Eheu quam pingui macer est mihi taurus in eruo.

Idem amor exitium pecori, pecorisque magistro.

Me. His certe neque amor causa est: vix ossibus hærent.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Da. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,

Tres pateat cæli spatium non amplius vlnas.

Me. Dic, quibus in terris inscripti nomina regum

Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.

Pa. Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces: aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt.

ECLOGA IIII.

SICELIDES Musæ, paullo maiora canamus:

Non omnes arbuta iuuant, humilesque muricæ,

Si canimus siluas. siluæ sunt consule dignæ.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum

Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,

Castæ faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Teque adeo, decus hoc æui, te consule inibit

Pollio, & incipient magni procedere menses.

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,

Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ille Deum vitam accipiet, diuisque videbit

Permistos heroas, & ipse videbitur illis,

Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

At tibi prima puer nullo munuscula cultu

Errantes hederas passim cum baccare tellus,

Mistaque ridenti colocalia fundet acantho.

Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ

Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:
 Occidet & serpens, & fallax herba veneni
 Occidet: Asurium vulgo nascetur amenum.
 At simul heroum laudes, & facta parentis
 Iam legere, & quæ sit, poteris cognoscere, virtus,
 Molli paulatim flauescet campus arista,
 Incultisque rubens pendebit sentibus vua,
 Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
 Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis,
 Quæ tentare Thetis ratibus, quæ cingere muris
 Oppida, quæ iubeant telluri infundere sulcos.
 Alter erit tum Tiphis, & altera quæ veat Argo
 Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
 Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
 Hinc ubi iam firmata virum te fecerit ætas,
 Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
 Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
 Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
 Robustus quoque iam tauris inga soluet arator:
 Nec varios discet mentiri lana colores:
 Ipse sed in pratis aries iam suauiter rubens
 Murice, iam croceo mutabit vellera luto:
 Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.
 Talia sæcla, suis dixerunt, currite fassis,
 Concordes stabili fatorum numine Parca.
 Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores:
 Cara deum joboles, magnum Iouis incrementum.
 Adspice connexo nutantem pondere mandum,

Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:

Adspice, venturo lætantur vt omnia sæclo.

O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,

Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,

Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit

Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,

Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Incipe parue puer: cui non risere parentes,

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

ECLOGA V.

Menalcas, Mopsus.

Quur non Mopse (boni quoniã conuenimus ambo,

Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.)

Hic corulis mixtas inter consedimus vltimos,

Mo. Tu maior: tibi me est æquum parere Menalca:

Sine lub incertas Zephyris motantibus vmbrae,

Sine antro potius succedimus: adspice vt antrum

Siluestris raris sparsit labrusca racemis.

Me. Montibus in nostris solus tibi certat Amuntas,

Mo. Quid si idem certet Phæbum superare canendo,

Me. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes

Aut

Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Incipe: pascentes seruabit Titurus hœdos.

*Mo. Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi, & modulans alterna notavi,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amuntas.*

*Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:*

Iudicio nostro tantum tibi cedit Amuntas.

Sed tu desine plura puer: successimus antro.

*Mo. Extinctum numphæ crudeli funere Daphnin
Flebant: vos coruli testes, & flumina numphis.*

*Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.*

Non ulli pastos illis egere diebus

Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neque amnem

Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones

Interitum, montesque feri siluæque loquuntur.

Daphnis & Armenias curru subiungere tigres

Instituit: Daphnis thuasos inducere Baccho,

Et folijs lentas intexere mollibus hastas,

Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vna,

Et gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:

Tu decus omne tuis: postquam te fata tulerunt,

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis,

Infelix lolium, & steriles nascuntur auenæ.

Pro molli viola, pro purpureo narcisso,

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
 Spargite humum folijs, inducite frondibus aras
 Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
 Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:
 Daphnis ego, in siluis, hinc vsque ad sidera notus.
 Formosi pecoris custos formosior ipse.
 Me. Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
 Quale sopor fesis in gramine, quale per æstum
 Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
 Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum
 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo
 Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra, vicissim
 Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad astra:
 Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoq; Daphnis.
 Mo. An quidquam nobis tali sit munere maius
 Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
 Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis,
 Me. Candidus insuetum miratur limen olumpi,
 Sub pedibusque videt nubes, & sidera Daphnis,
 Ergo alacris siluas, & cetera rura voluptas,
 Panaque, pastoresque tenet, Druadasque puellas,
 Nec lupo insidias pecori, nec retia ceruis
 Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis,
 Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
 Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
 Ipsa sonant arbuta, deus deus ille, Menalca,
 Sis bonus ò, felixque tuis: eni quatuor aras:
 Ecce duas tibi Daphni, duas altaria Phæbo:

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
 Craterasque duo statuas tibi pinguis oliui:
 Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
 Ante focum, si frigus erit si messis, in umbra,
 Vina nouum fundam calathis Ariusianecular.
 Cantabunt mihi Damœtas, & Lælius Ægon:
 Saltantes saturos imitabitur Alphesibæus.
 Hæc tibi semper erunt, & cum sollemnia vota
 Reddemus numphis, & cum lustrabimus agros.
 Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
 Dumque thumo pascentur apes, dum rore cicada,
 Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
 Vt Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis
 Agricola facient. damnabis tu quoque votis.
 Mo. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona;
 Nam neque me tantum venientis sibilus aëstri,
 Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
 Saxosas inter decurrunt flumina valles.
 Me. Hac te nos fragili donabimus ante ciuita.
 Hæc nos, Formosum Corudon ardebat Alexin:
 Hæc eadem docuit, Cuium pecus; an Melibæi;
 Mo. At tu sume pedum (quod me quum sæpe rogaret).
 Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari,
 Formosum paribus nodis, atque ære, Menalca.

ECLOGA VI.

Prima Siracosio dignata est ludere versu

Nost

Nostra, nec erubuit silvas habitare, Thalia.
Cum canerem reges, & praelia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem Titure pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano. si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostræ Vare muricæ,
Te nemus omne canet nec: Phæbo gratior vlla est,
Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides. Chromis & Mnasilus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas, ut semper, Iacho.
Serta procul, tantum capiti delapsa, iacebant,
Et grauis attrita pendebat cæntharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle,
Ægle Naiadum pulcherrima: iamque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quo vincula neflitis? inquit.
Solvite me pueri: satis est potuisse videri.
Carmina quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phæbo gaudet Parnassia rupes.

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.
 Nanque canebat, vti magnum per inane coacta
 Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent,
 Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
 Omnis, & ipse tener mundi concreuerit orbis:
 Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
 Cæperit, & rerum paulatim sumere formas:
 Iamque nouum terræ stupeant lucescere solem,
 Altius atque cadant summotis ignibus imbres:
 Incipiant siluæ cum primum surgere, cumque
 Rara per ignaros errent animalia montes.
 Hinc lapides Purrhæ factos, Saturnia regna,
 Caucasæque refert volucres, furtumque Promethei.
 His adiungit Hulam nautæ quo fonte relictum
 Clamassent, vt littus, Hula, Hula, omne sonaret:
 Et fortunatam, si nuncquam armenta fuissent,
 Pasiphaen ninei solatur amore iuuenti.
 Ab Virgo infelix, quæ te dementia cepit,
 Prætides implerunt falsis mugitibus agros.
 At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
 Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
 Et sæpe in leui quæfisset cornua fronte.
 Ab virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
 Ille, latus niueum molli fultus huacintho,
 Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,
 Aut aliquam in magno sequitur grege, claudite nūphæ
 Dictææ, numphæ nemorum iam claudite saltus,
 Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris,

Errabunda bouis vestigia forsitā illum
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Gortunia vacca.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
Tum Phaethontiadas musco circumdat amara
Corticis, atque solo proceras erigit alnos:
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum:
Aonas in montes ut duxerit una sororum,
Utque viro Phæbi chorus assurrexerit omnis,
Ut Linus hæc illi, diuino carmine pastor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit, Hos tibi dant calamos en accipe, musæ,
A scræo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grunæi nemoris dicatur origo:
Nequis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar, aut Scyllæ Nisi, aut quam fama secuta est
Candida succictam latrantibus inguina monstribus
Dulichias vexasserates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis,
Aut ut mutatos Terei narrauerit artus,
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit,
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante
Infelix sua tecta superuolitauerit alis,
Omnia, quæ Phæbo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, iussitque educere lauros,
Ille canit: pulsa referunt ad sidera valles:
Cogere donec oues stabulis, numerumque referre
Iussit, & inuito processit Vesper olympo.

ECLGA VII.

Corudon, Thursis.

PORTE sub arguta confederat ilice Daphnis:
 Contulerantque greges Corudon & Thursis in vnum,
 Thursis oues, Corudon distentas lacte capellas,
 Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
 Et cantare pares, & respondere parati.
 Huc mihi, dum teneras defendo à frigore murtos,
 Vir gregis ipse caper deerrauerat: atque ego Daphnim
 Aspicio ille vbi me contra videt, ocius, inquit,
 Huc ades, o Melibœ: caper tibi saluus, & hædi,
 Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
 Huc ipsi potum venient per prata inuenci:
 Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
 Mincius, eque sacra resonant examina quercu.
 Quid facerẽ: neque ego Alcippẽ, nec Phullida habebam
 Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
 Et certamen erat, Corudon cum Thurside, magnum.
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
 Alternis igitur contendere versibus ambo
 Capere: alternos musæ meminisse volebant.
 Hos Corudon, illos referebat in ordine Thursis,
 Co. Nūphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen.
 Quale meo Codro, concedite: proxima Phœbi
 Versibus ille facit. aut, si non possumus omnes,

Hic arguta sacra pendeat fistula pinu.

Th. Pastores hedera crescentem ornatæ poetam

Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro:

Aut, si vltra placitum laudarit, baccare frontem

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Co. Setosi caput hoc apri tibi Delia parvus,

Et ramosa Mucon vinacis cornua cerui.

Si proprium hoc fuerit leui de marmore tota

Puniceo stabis suras evincta cothurno,

Th. Sinum lactis, & hæc te libi Priape quotannis

Exspectare sat est: custos es pauperis horti.

Nunc te marmoreū pro tempore fecimus: at tu,

Si fætura gregem suppleuerit, aureus esto.

Cor. Nerine Galatea, t' humo mihi dulcior Hubla,

Candidior cucnis, hedera formosior alba,

Cum primum pastî repetent præsepia tauri,

Si qua tui Corudonis habet te cura, venito.

Th. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis

Horridior rusco, proiecta vilior alga,

Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.

Ite domum pastî, si quis pudor ite iu uenci.

Co. Muscosi fontes, & somno mollior herba,

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra

Solstitium pecori defendite, iam venit ætas

Torrida: iam læto turgent in palmite gemmæ.

Th. Hic focus, & tedæ pingues: hic plurimus ignis

Semper, & assidua postes fuligini nigri.

Hic tantum Boræ curamus frigora, quantum.

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
Co Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma:
Omnia nunc vident: at, si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
Th. Aret ager: vitio moriens sitit aeris herba:
Liber pampineas invidit collibus umbras.
Phullidis aduentu nostræ nemus omne virebit,
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
Co. Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ murtus Veneri, sua laurea Phæbo.
Phullis amat corulos: illas dum Phullis amabit,
Nec murtus vincet corulos, nec laurea Phœbi.
Th. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Sæpius at si me Lucida formose reuifas,
Fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.
Me. Hæc memini, & v. clū frustra cōtendere Thurfin,
Ex illo Corudon, Corudon est tempore nobis.

ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA

Damon, Alphæfibeus.

Pastorum musam, Damonis & Alphefibeï,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lunces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,

Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
 Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timauri,
 Siue oram illurici legis æquoris: en erit vnquam
 Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
 En erit vt liceat totum mihi ferre per orbem
 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
 A te principium: tibi desinet. accipe iussis
 Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
 Inter vittrices hederam tibi serpere lauros.
 Frigida vix cælo noctis decesserat vmbra,
 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba:
 Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
 Da. Nascere, præque diem veniens age Lucifer almū,
 Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
 Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
 Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
 „ Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
 Mænalis argutumque nemus, pinosque loquentes
 Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
 Panaque, qui primus calamus non passus inertes.
 „ Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
 Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?
 Iungentur iam gruphes equis, æuoque sequenti
 Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
 Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor,
 Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
 „ Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
 O digno coniuncta viro, dum despicias omnes,

Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capella,
Hirsutumque supercilium, proluxaque barba,
Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

„Incipe Mœnarios mecum mea tibia versus
Sepibus in nostris parvam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam acceperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

„Incipe Mœnarios mecum mea tibia versus.
Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edunt.

„Incipe Mœnarios mecum mea tibia versus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus crudelis tu quoque mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.

„Incipe Mœnarios mecum mea tibi versus.
Nunc & oves ultro fugiat lupo: aurea dura
Mala ferant quercus. narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra muricæ.
Certent & cuculis vlulæ: sit Titurus Orpheus,
Orpheus in silvis, inter Delphinas Arion.

„Incipe Mœnarios mecum mea tibia versus.
Omnia vel medium fiant mare. vivite silvæ.
Præcepit aeris specula de montis in undas
Deferat: extremum hoc munus morientis habeto.

„ Desine Manalios, iam desine tibia versus.
 Hæc Damon. vos, quæ responderit Alphæsiheus,
 Dicite Pierides. non omnia possumus omnes.
 Al. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:
 Verbenasque adole pingues, & mascula thura:
 Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
 Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
 „ Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
 Carmina & è cælo possunt deducere Lunam:
 Carminibus Circe socios mutauit Vlussi:
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
 „ Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
 Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
 Licia circundo: terque hæc altaria circum
 Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
 „ Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
 Necte tribus nodis ternos Amarulli colores.
 Necte Amarulli modo, & Veneris, dic, vincula necto.
 „ Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
 Limus vt hic durefcit, & hæc vt cera liquefcit
 Vno, eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.
 Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
 Daphnis me malus vrit: ego hæc in Daphnide laurum.
 „ Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
 Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuuenco
 Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
 Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlu
 Perdita, nec seræ meminit decedere nocti,

Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.

„Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,

Pignora cara sui: quæ nunc ego limine in ipso

Terra tibi mando. debent hæc pignora Daphnin.

„Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi læta venena

Ipse dedit Mæris: nascuntur plurima Ponto.

His ego sæpe lupum fieri, & se condere siluis

Mærin, sæpe animas imis excire sepulchris.

Atque satas alio vidi traducere mæses.

„Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin,

Fer cineres Amarulli foras, riuoque fluenti.

Transque caput iace, nec respexeris: his ego Daphnin

Aggrediar. nihil ille deos, nihil carmina curat.

„Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.

Aspice: corripuit tremulis altaria flammis

Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.

Nescio quis certe est: & Hylæ in limine latrat.

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina Daphnin.

ECLOGA IX.

Lucidas, Mæris.

Quo te Mæri pedes? an quo via ducit in urbem?

Mæ. O Lucida vini peruenimus, aduena nostri,

Quod

Quod nunquam veriti sumus, ut possessor agelli
 Diceret: hæc mea sunt: veteres migrate coloni.
 Nunc victi, tristes, quoniam sors omnia versat,
 Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.
 Lu. Certe equidem audieram, quæ se subducere colles
 Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
 Usque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi
 Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.
 Mæ. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
 Nostra valent Lucida tela inter Martia, quantum
 Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
 Quod nisi me quacunque nouas incidere lites
 Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
 Nec tuus hic Mæris, nec viuere ipse Menalcas.
 Lu. Heu cadit in quæquæ tantum scelus? hau tua nobis
 Pene simul tecum solatia rapta Menalca,
 Quis caneret numphas, quis humum florentibus herbis,
 Spargeret, aut viridi fontes induceret vmbra,
 Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
 Cum te ad delicias ferres Amarullida nostras,
 Titure, dum redeo (breuis est via) pasce capellas:
 Et potum pastas age Titure, & inter agendum
 Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
 Mæ. Immo hæc, quæ Varo nec dum perfecta canebat.
 Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
 Mantua veb miseræ nimium vicina Cremonæ,
 Cantantes sublime ferent ad sidera cucni.
 Lu. Sic tua Curneas fugiant examina taxos:

Sic cuthiso pasta distendent vbera vaccae:
 Incipe, si quid habes, & me fecere poetam
 Pierides: sunt & mihi carmina, me quoque dicunt
 Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
 Nam neque adhuc Variorum videor, nec dicere Cinna
 Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
 Mæ. Id quidē ago & tacitus Lucida mecum ipse voluto,
 Si valeam meminisse. neque est ignobile carmen.
 Huc ades ò Galatea: quis est nam ludus in undis?
 Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
 Fundit humus flores: hic candida populus antro
 Imminet, & lentæ texunt umbracula vites.
 Huc ades, insani feriant, sine, littora fluctus.
 Lu: Quid, quæ te pura solum sub nocte canentem
 Audieram; numeros memini, si verba tenerem.
 Mæ. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus,
 Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,
 Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
 Duceret apricis in sollibus vva colorem.
 Insere Daphni puros, carpent tua poma nepotes.
 Omnia fert ætas, animum quoque: sæpe ego longos
 Cantando puerum menini me condere soles.
 Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mærin
 Iam fugit ipsa: lupi Mærin videre priores.
 Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.
 Lu. Causando nostros in longum ducis amores,
 Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
 (Adspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.

Hinc adeo media est nobis via, nanque sepulcrum,
 Incipit apparere Bianoris: hic ubi densas
 Agricola stringunt frondes hic Mæri canamus:
 Hic hœdos depone: tamen veniemus in urbem:
 Aut, si, nox puluiam ne colligat ante, veremur,
 Cantantes licet vsque (minus via lædet) eamus.
 Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo.
 Mæ. Desine plura puer, & quod nunc instat, agamus,
 Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

ECLOGA X.

EXTREMVM hūc Arethusa mihi cōcede laborē
 Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lucoris,
 Carmina sunt dicenda neget quis carmina Gallo,
 Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos,
 Doris amara suam non intermisceat vndam,
 Incipe sollicitos Galli dicamus amores:
 Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
 Non canimus surdis: respondent omnia siluæ.
 Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
 Naiades, indigno cum Gallus amore periret,
 Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
 Vlla moram fecere, neque Aoniæ Aganippe,
 Illum etiam lauri, illum etiam fleuere muricæ:
 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
 Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lucai.
 Stant & oves circum, nostri nec pañitet illas.

Nec te pœniteat pecoris diuine poeta.
 Et formosus oues ad flumina paut Adonis:
 Venit & opilio: tardi venere subulci:
 Vuidus buberna venit de glande Menalcas:
 Omnes, vnde amor iste, rogant: tibi venit Apollo,
 Galle quid insanis, inquit, tua cura Lucoris
 Perque nives alium, perque horrida castra secuta est.
 Venit & agresti capitis Siluanus honore,
 Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
 Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
 Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.
 Ecquis erit modus, inquit, amor non talia curat.
 Nec lacrumis crudelis amor, nec gramina riuis,
 Nec cutbiso saturantur apes, nec fronde capellæ:
 Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades, inquit,
 Montibus hæc vestris, soli cantare periti
 Arcades. ò mihi tum quam molliter ossa quiescant,
 Vestra meos olim si fistula dicat amores,
 Atque vtinam ex vobis vnus, vestri que fuisset
 Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuae.
 Certe, siue mihi Phullis, siue esset Amuntas,
 Seu quicunque furor, (quid tum, si fuscus Amuntas
 Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra,)
 Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
 Serta mihi Phullis legeret: cantaret Amuntas.
 Hic gelidi fontes: hic mollia prata Lucori:
 Hic nemus: hic ipso tecum consumeret æuo.
 Nunc insanus amor duri me Martis in armis,

ECLOGA X.

39

Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.
 Tu procul à patria (ne sit mihi crederet) tantum
 Alpinas ab dura niues, & frigora Rheni
 Me sine sola vides. ab te ne frigora lædant:
 Ab tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.
 Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
 Carmina pastoris Siculi modulabor aucta,
 Certum est in siluis inter spelæa ferarum
 Malle pati, tenerisque meos incidere amores
 Arboribus crescent illæ: crescetis amores.
 Interea mistis lustrabo Mænala numphis:
 Aut acres venabor apros. non me vlla vetabunt
 Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.
 Iam mihi per rupes videor, lucosque sonantes
 Ire, libet Partho torquere Cudonia cornu
 Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris,
 Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
 Iam neque Hamadruades rursus, nec carmina nobis
 Isa placent: ipse rursus concedite siluæ.
 Non illum vestri possunt mutare labores:
 Nec si frigoribus medijs Hebrumque bibamus,
 Scuthoniaeque niues hiemis subeamus aquosæ:
 Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
 Ethiopum versemus onus sub sidere cancri,
 Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
 Hæc sat erit, diuæ vestrum cecinisse poetam,
 Dum sedec, & gracili fiscellam texit bibisco,

*Pierides, vos hac facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra,
Iuniperi grauis umbra: nocent & frugibus umbra:
Ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ.*

FINIS.

41

FRANC. SAN- CTIVS BROCCEN.

LECTORI. S.

Constituerant viri quidam doctissimi, mihi
que amicissimi, vt quam correctissima Vir-
gilij opera excuderentur. Quorum ea fuit
mens, is scopus, vt nihil adderent, demerēt, aut muta-
rent, quod non antiquorum librorum fide confirma-
retur. Ego in his bucolicis vnicam vocē mutavi, quā
Oetæo, pro Actæo supposui. Quod attinet ad Litterā
Græcam y, non est mutatio, sed animaduersio, vt fa-
cilis intelligatur antiquos homines expresse y
Græcū per u: cuius rei sunt auctores Sosipater Chari-
sius. Terentianus Maurus, Victorinus, Terentius Sca-
urus, Verrius Flaccus, & Erasmus in libello de pronū-
tiatione. Nouissime vero Adolphus Mekercus ita
dilucide, vere ac eleganter de vera pronuntiatione
Græca disseruit, vt facillimo negotio totam Italiā
Galliā & Germaniā ab hac Gothorū & barbarorū
pronuntiandi fœditate auocauerit. Hic me magna
cura liberauit scribendi contra F. Michaelem Sali-
nas, qui fetidum, & ridiculum librum de docta (vt
ipse somniat) pronuntiatione confecit. Non hic
ego contendo in verbis Græcis abijciendum y, sed
sonandum u, cum doctissimis adseuero. Lice-

bit enim scribas Nymphas, corylos, serpyllum, dum ta-
men Numphas corulos serpulum, agnoscas, ut Græ-
cis antiquis in usu fuisse iam nemo est vel mediocri-
ter doctus qui id ignoret. Gothi, & cæteri barbari, qui
bona omnia corruerunt, hanc etiam pronuntiandi pe-
stem intulerunt. Multæ tamen voces genuinum so-
num semper retinuerunt, nec corrupte leguntur, quæ
per y Græce scribantur. ut Cumæ, Thule, æstu, Ligu-
rio, grunio, induo, luo, ruo, suo, cluo, guberno, turbo,
turba, curia, columbus, cuniculus, buxus, fruges, scu-
tum, angulus, botrus, genu, cupressus, cuprum, marsu-
pium, bursa, cutis, turris, cuminum, muræna, ruta, sus-
cubus, sambuca, stupa fuga, duo, sub, super, superbus
& omnia nomina Romana quæ Græci scribunt per y,
enunciabant ipsi Græci per u: ut Romylus, Nymas,
Tyllius, Syllas, silua vero, sibilus, & sidus Latina
sunt, & per y, scribi non debent.

ADNOTATIONES AD BVCOL.

Titulos Eclogarum tantum abest, ut Virgilia-
nos esse putem, ut etiam ab imperitis (quod etiã
Martiali, Horatio, Valerio Maximo, & Parado-
xis Ciceronis contigit) confictos esse iudicem.
Clare id ostendit eclogæ quartæ ineptus titulus.
„Eclogas ab ekloge in id est, eligere, aut seligere
dictas interpreto, contra multorum sententiam
Nam

Nam Virgilius noluit hoc opusculum suum penitus appellari, sed selectum ex Theocriti canticis ingenue fatetur, ut in illo.

Sicelides Musæ paullo maiora canamus.

Prima Siracosis dignata est ludere versu.

Assurgit enim Theocrito, Vnde Politianus.

Namque Siracosis quavis adsurgat aenis,

Hesiodum premit, & magno contendit Homero.

„ Tituros intelligo in toto carmine pastoricio famulos pastorū, à Titiskoma: id est, obferuo: unde illud. *Pascentes servabit Titurus hœdos.*

Patula fagi. Contra commentatores non solū eclogarum, sed etiam plantarum contendo, hic fagum sumi pro ilice, aut verius esculo, non pro haya, Hispanæ: oui dicunt non quadrare ut pastores sub ilice captent umbras, falluntur Horat. 2. Epod. *Libet iacere modo sub antiqua ilice.* Virgil.

Forte sub arguta confederat ilice Daphnis.

Adde q̃ *Phegos* sic diciť Græce à comedēdo, ut escul? ab edēdo, q̃ veteres glāde vescebātur. Ita q̃, fagus & esculus idē sunt. & fagina pocula, Hispanæ interpretor, (de enzina, no de haya.)

„ *Si mens non. l. f.* Sophoclis interpres in Aia-ce. Antiqui (inquit) vana vocabant sinistra: Cordata vero, & firma: dextra. De finistracornice dicitur eclo. 9. Hic nulla est cornix & versus est adulterinus. Nec potest ferri vox illa sæpe se

melenim contigit illud augurium.

Postquam nos Am. h. Galatea reliquit. Notum est illud Aristippi, Habeo Laidem, sed non habeor, sic infra: *dum me Galatea tenebat.* Porro in verbis, Galatea reliquit, est elegans. *Euphemismotropus*, quum res odiosas bonis verbis significamus: ut benedicere, pro maledicere: recte pro non sperare pro timere de quo latius in nostra Minerva. Ita hic: *reliquit Galatea*, pro relicta est, quod & infra clarius indicat: *Quid facerem*, id est, quum non relinquerem?

Ingratæ vrbi. Non patefacit allegoriā (ut quidam doctissimi disputant) sed vocat ingratam, non Galateam, sed urbem illam, ubi erat Galatea, unde nunquam redibat ipse ditior, sic in Moreto.

Inde domum ceruice leui, grauis ære redibat.
Quod à Catullo videtur mutuatus Virgilius.

Meisque pinguis agnus ex ouilibus

Grauem domum remittit ære dexteram.

Mæsta deos Galatea vocares. Sic habent antiqui codices, nec aliter constat sensus, qui antea erat obscurissimus. Fuluius Ursinus sic ait: Quidam calamo notati libri habent Galatea, ut ad Mantuam referatur. Quæ lectio sit recipienda nec ne, doctis viris iudicandum relinquam.

Hic mihi responsum primus dedit illi petenti. Fu-
cil

tilis & malus verficulus, si grāmāticē interpretis. Sed responsum hic non pro responsione accipi debet, sed pro dei oraculo: vt in illis: vatisque ferunt responsa per auras : & : Indubijs responsa petunt : & pater ipse petens responsa Latinus. Itaque responsa, id est, oracula petuntur. Deinde vox (ille) quæ aliquibus videtur redundare, magnū quid insinuat. Solet enim Virgilius articulum Græcum, exprimere, atque adeo cum quadam emphasi, non vt aliquid referat, sed ostendendi gratia. *Æn. id. 10.*

Ceu Sirius ardor,

Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris. Æne. 11

Ac velut ille prius, quam telamimica sequantur.

Occiso pastore lupus *Æneid. 12.*

Saucius ille graui venantum vulnere pettus.

Tum demum monet arma leo. *Georg. 3.*

Est etiam ille malus calabris in saltibus anguis.

Submitte tauros. Submittere tauros est substituere, & propagare. vt ex M. Varrone, & Columella intelligimus, & ex titulo de rer. diuis. apud iuricons. *Lucret. lib. 1.*

Tibi suauēs dædala tellus summittit flores. *ibid.*

Lætificos nequeat fœtus summittere tellus.

Obducatur pascua. Obscurus sensus sic lucē accipiet.

Quāuis pascua tua nō ita laxis terminis includantur, vt pecus lōgi⁹ possit euagari: hoc tamē habebitis

bitis utilitatis, primum ut pręgnantes & graues
 oues infuetis pabulis non tētētur: deinde, ut quę
 iā pepererūt, nullamala cōtagia ex alieno peco-
 re cōtrahant. Porro verbū obducere non vulgari
 modo interpretor, sed pro vallare, aut obturare
 ne aliquid egrediatur. Pōponius Mela, de Nili
 ostijs: vēti arenis, quas cum fluctibus littori a-
 plicāt, ostia obducūt. Nugatur igitur Nonius cū
 obducere pro aperire, & protegere interpreta-
 tur. Dicit igitur Virgili⁹: Includitur tuū pecus
 ex altera parte lacunis, ex altera pariete ex nu-
 dis lapidib⁹ sine calce coaptatis. Foetas autē,
 partū leuatas ex Nonio interpretor. Virg. 8,

Fecerat, & viridi foetam M auortis in antro

Procreuisse lupam, geminos circum vbera natos

Maioresque cadunt Nullus est poeta vel Latinus
 vel Italus, vel Hispanus, aut Gallus, qui hoc
 Virgiliano versiculo non abutatur. Sed heustu,
 quam horam diei mihi cōmonstrabis, in qua ma-
 iores vmbrae non cadant de mōtibus altis? Imo
 vero si me roges quæ nam hora hic significetur,
 dicā significari solē iā occidisse, quū villarū cul-
 mina fumarēt, nā post solē occasum incipiūt vil-
 licę suis maritis cenā parare, Sic autē res habet.
 Credebāt veteres nihil aliud esse noctē, quā oc-
 cultationē solis circū Hyperboreos mōtes (quos
 hic altos vocat) vnde rursus emergeret mane. Re-
 fellit

fellit hanc veterum opinionem Aristoteles Meteor. lib. 2. ca. 1. sic: Quod autem ea terræ portio quæ ad septentrionem posita est excelsa sit, indicio vel id esse potest, quod non pauci ex ijs, qui olim sublimiū rerū studiosi fuerūt, Solē nō subter terram ferri, sed circa eamdem, atque locum ipsum crediderūt. Disparere autem: atque noctem committere, quoniā terra ad Vrsam conuersa sit. Hęc ille Maiores igitur vmbre, aut magnę vmbre dicitur Nox. Virg. Æneid. 2.

*Vertitur interea cælum, & ruit oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramque polunque.*

Ibid. Nox atra caua circumuolat vmbra, Æneid. 6. Vbi cælum condidit vbra.

IN ECLOG. II.

Alba ligustra cad. Miror doctos viros in explicando versiculotam occupatos, quum ligustrū sit arbor notissima, in Africa precipue, quę Hispanē vocatur Alheña: cuius radicis succo Africaudas equorū solēt intingere. Flores habet candidissimos, fructus nigerrimos, vtrosque simillimos sambuci, nisi sint fructus duriores & ad tingendum vtilis.

Actæo Aracbintho, Lego Oetæo, id est, Bœotio.
Sit mutui aliquando in Metamorph. id est.

Separat Aonios Oeteis Phocis ab aruis

Terra ferax.

Quo in loco explicando sudant docti, & nihil explicāt, quia legunt Acteis.

Sic posita quon suau. Latina & elegans locutio, & Græcis vsitata, id est, sine ordine, vtcunque, Hisp. (como quiera,) Georg. 4.

Sic positum in clauso linquunt, Æneld. 2.

Sic o, sic positum affati discedite corpus.

Horat. Serm. de lepore venali,

Positum sic tangere nolit.

vt Ioan. 4. cap. sedebat sic supra fontem.

ECLOGA III:

Quum faciam vitula, Vitula in sexto casu censeo retinendum, nam verbum omne (passiuis exceptis) sine accusatiuo esse non potest, quum igitur verbum facio significat sacrificare de sacra. Sic apud Plaut. Facere rem diuinam. Liuius li. 1. vt patrio ritu sacra Albani facerent Ouid. 3. Met.

Sacra Ioui factururus erat.

Suppresso igitur accusatiuo apte dicetur. Thure sacrificant, & faciunt vitula. Cic. pro Muren. Cui omnes consules facere necesse est. Liuius lib. 6. dec. 4. quadraginta hostijs maioribus pretor sacrificaret, & li. 7. decade. 1. vicenis maioribus hostijs sacrificare, & li. 9. dec. 1. Hostijs maioribus

ioribus cōsules procurarent. In Plauto legebatur
quotannis fecerat. ego ante Lanbinum substitui
quot agnis fecerat.

Dic quibus in terris, Multa multi de hoc ænig-
mate commenti sunt. Petrus Crinitus lib. 3. cap.
8. dicit Virgilium anxie quærentibus de hoc
versiculo respondisse: se crucem fixisse Gram-
maticis, in qua se assidue distorquerēt. Alciat. in
Pareg. nescio quid de furni, aut clibani ore con-
miniscitur, vt interim mittam aliorū friuolas in-
terpretationes. Ego vero, quid Virgilius volue-
rit significare arbitrormē deprehendisse. Mun-
dus & cælum idem significat. Plinius sic inci-
pit suum opus. Mundum & hoc quod alio nomi-
ne cælum appellare libuit: Et Pomponius Mela
sic: Omne igitur hoc, quidquid id est, cui mun-
di cœlique nomen indidimus. Macrobius in Sōn.
cap. 20. lib. 1. Ita enim non solum terram, sed ip-
sum quoque cælum, quod vere mundus vocatur
temperari sole certissimum est. Nūc addam ver-
ba Macrobij ex lib. 1. Saturn. cap. vt gradum fa-
ciamus ad interpretationem versiculi: Nam quū
Latia, hoc est Latinarum s̄ lemne concipitur
item diebus Saturnaliorum: sed & quum Mun-
dus patet: nefas est proelium sumere. Et paullo in-
ferius: Neque patente Mundo, quod sacrum di-
ti patri & Proserpinæ dicatū est: meliusque oc-
clusa

clusa Plutonis fauce eundem ad proelium putauerunt. Colligamus igitur cum Festo Pompeio fuisse Romæ templum subterraneum, Dijs Manibus consecratum, quod Mundus patens vocaretur. Et ex eo dictus, quod tres tantum dies in anno pateret: pridie Volcanalia, & a, d. 3. Non Octob. & a, d. 6. Id. Nouemb. Itaque per hos dies non cum hoste manus conferebant: non exercitus scribebatur, non comitia habebantur non aliud quicquam in rep. nisi quod vltima necessitas admonebat, administrabatur. Plutarchus etiam in Romanis quæstionib. hæc tetigit Si ergo pastor proposuisset quæstionem sic: Quibus in terris Mundus partet per tres dies, facilis erat solutio: Sed pro mundo dixit cælum. pro tribus diebus, dixit tres vlnas, accipiēs videlicet mensurā vsualē, pro mensura tēporis, qui sunt dies.

Inscripti nomina reg. Post quam in Pausania legi, hunc florem se vidisse in Salamine. desij quærere, quales sint, aut vbi sint hi flores, Ostenditur inquit lib. 1. Salamine saxum. cæt. Tradunt incolæ post Alacis interitum apud se primū florem enatum, candidū, rubentē modice lilio, cū cæteris partibus, tum folijs minorem, inscriptū vero ijsdē, quibus Hyacinthū literis.

ECLOGA IIII.

Titulos eclogarū nō esse Virgilianos vel ex hac
eclo

ecloga iudicari potest, suppositiij sunt, velut o-
 darū & epigrāmatū. Quid enim scribatur Pol-
 lio, ant Salonin⁹: tolerabiliortitulus erat, qui ali-
 cubi legitur, Interpretatio aurei sæculi. Accusa-
 retur maiestatis Maro, si viuēte Augusto de Pol-
 lionis, vel alteri⁹ filio sæculorū instaurationē ad-
 scriberet. Res sic habet. Legerat Virgili⁹ Sibulæ
 carmina, ex quib⁹ Xpi aduētū ap ppinquare col-
 ligebat. Cōstituit ergo carmē genethiacō Aug. fi-
 liona nascituro cōponere. At dices quinā erat ille
 Aug fili⁹, quū August. cōstet mascula pple caruif-
 se. Audi Suetoniū in Augusto: Ex Liua nihil li-
 beroiūtulit, quā maxime cuperet: infās qui cōce-
 ptus erat, immatur⁹ est editus. Sibi igitur persua-
 debat Virgilius, illū, quē vates canerēt vēturū, nō
 alibi, quā Romæ, nō alio potiore patre, quā esset
 Augustus, nec alio tēpore, quā in sūna rerū om-
 niū trāquilitate nasciturū. Sed diuinit⁹ factū cre-
 diderim, filiū Augusti nō vixisse, Tāta enim esset
 Virgilij autoritas, tāta Sibulini carminismale
 intellecti maiestas, vt puer sic nat⁹, p deo colere f

Vltima Cumæi. Viues putat tēpus natalis Xpi
 descriptū à Sibulla fuisse per primas literas car-
 minū, quę vocātur acrostichides. Nō legerat ille
 libros sibullinos, qui postea Græce sūt excussi.
 Tēpus igitur verbis planis describit Sibulla li. 2
 in calce verbalatine proferā, ne Græcis obstrepā
 Sed

*Sed postquam Roma Ægyptum reget imperioque
Frenabit: summi tunc summi potentia regni
Regis inextincti mortalibus exorientur.
Rex etenim sanctus veniet, qui totius orbis
Omnia sæclorum per tempora sceptrā tenebit,
Tunq̃ue Latinorum non eluctabilis ira
Tres Romam tristi fatorum stamine perdent.*

*Magnus ab inte, De anno magno & de mensi-
bus magnis, dixi in Sphæra, ex Cicerone. Ma-
crobio & astrologis.*

*„ Iam redit & Virgo, Quid hic senserit Virgi-
lius, ipse indicat. 2. Georg.*

Extrema per illos

*Iustitia exedens terris vestigia fecit. Et Ovid,
Ultima cælestium terras astræa reliquit.*

Nihilominus tamen (quia Virgilius, Sibullam
nō intelligens, alio referebat) doctissimi viri de
Virgine matre hæc interpretantur. Eusebius de
vita Constantini (ubi hanc Eclogam Græce ver-
tit) sic ait: Quænam igitur hæc est Virgo, quæ re-
dijt, An non ea, quæ plena & foeta facta est de
Spiritu sancto. Et quid impedit quominus puel-
la hæc de diuino spiritu grauida semper sit, &
maneat virgo? Redire autem denuo apte dice-
tur. quæ suo aduentu orbem releuabit. Sic San-
naz. lib. 3. de part.

Ultima

*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magna per exactos renouantur sæcula cursus.
Scilicet hæc virgo est, hæc sunt Saturnia regna.*

Illud vero multo magis animaduertendū, quod in nostris historijs traditur de Secundiano viro togato & graui, deque Veriano pictore, qui quum Marcellianum virum eloquentissimum cōuenissent, quumque diligentius Maronis carmina perscrutarentur: nūhil aliud hic intelligi statuerunt, quam Deum è Virgine nasciturum, vt genus humanum redimeret. Quare vitæ rationem commutantes (erant enim à Christi pietate alieni) ad Christum sunt conuersi, & à Xisto sūmo pontifice sacro Baptismate loti. Deinde pro Christo à Valeriano Cæsare interfecti.

Iam noua progen. Sibula lib. 3.

Tum Deus è magno regem dimittet Olumpo.

Ferrea ætas desinet. Hesiodus & Ouidius multa de his ætatibus scripsere, sed credibile est priorem Sibullam scripsisse, vt legimus libr. 1. & libro. 3. circa principium: & ibidem in fine ætatis decimæ sic ait.

*Tum demum surget magni præclara Dei gens
Qua duce mortales omnes bene viuere discent.
At tibi prima puer. Sibulla in calce operis.*

hoc

*Hoc puero nato properavit gaudia Tellus.
Cœlestis risit sedes: & gestijt orbis.*

Eusebius ibid. Ipsis namque Dei cunabulis Spiritus sancti virtus fragantes quosdam flores, novam scilicet progeniem dedit.

*Nec magnos met. Sibulla in calcet tert. lib.
Cumque lupis agni per montes gramina carpent,
Permistique simul pardi pascentur, & hædi:
Cum vitulis vrsi degent armenta sequentes,
Carniuorusque leo præsepia carpet, vti bos.*

Occidet & serp. Eusebius loco citato: Serpens vero occidit, & venenum serpentis illius, qui parentes primos seduxit, ac mentes eorum intransversum egit, Et mox: Itaque non immerito occidit venenatorum serpentium natura, occidit & mors. Et statim: & amomum ubique nasci dicens, sic multitudinem cultorum dei appellat: quia sic ex vna radice multitudo ramorum fragrantibus floribus vernans, ac moderator ore irrigatim germinat. Sic Sannaz. lib. 3.

*Occidet & serpens miseros quæ prima parentes
Elusit, portentificis imbuta venenis.*

Molli paull. sic Sibulla sermone. 3.

*Tunc Deus humanis concedet gaudia magna
Terra*

*Terraque & arboreæ stirpes, pecudumque cateruæ
Innumera veros fructus mortalibus edent:*

*Vinum, dulceque mel, niueñ lac, quodque vel inter
Omnia frumentum mortales adiuuat ægros.*

Huiusmodi quædam canit lib. 3.

Iam nullus sulcos curuo proscindet aratro,

Terra nec à bubus ferro scindetur acuto,

Nec spicæ, nec erunt sarmenta, sed omnibus vna

Roscida Manna simul mandetur dentibus albis.

*Et duræ quæq. Eusebius ibid. Stoliditatem ho-
minum illius temporis, ac strigosos mores descri-
bit: & quam suauem ij, qui filium Dei audiunt,
tolerantiæ suæ fructum recepturi sint, docet. Alij
hic Apostolos contendunt significari.*

*Pauca tamen sub. Seruatorem (inquit Euseb.)
ad Troianum bellum proficisci significat poeta.
Troiam autem totum orbem intelligi. Expugna-
uit igitur palam prauam illam aduersariam po-
tentiam Christus, & propria prouidentia & ma-
ximi patris mandato missus.*

*Cedet & ipse mari vect. Lactant. Firmian. li. 7
c. 24. dicit hæc omnia ex Sibulla Cumæa de-
sumpta. Deinde ex Eruthrea citat illa.*

Cumque lupis agni, cæt. Postilla:

Tum Deus humanis.

D

Nos

Nos etiam ex lib. 3. hæc addimus.

Nam terra omniparens fruges mortalibus alma
Edet in exaustas olei, vinique, cibique,
Dulciaque ex alto cælo rorantia mella.

Arboreos fructus, nitidas pecudesque, lionesque,
Agros, atque agnas pingues, hædosque caprarum,
Et niueo fontes erumpent lacte suaves,

Oppida plena bonis & pingua culta vigeant,
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus.

Nec tremefacta gemet nutanti pondere Tellus.
Nec bellū, nec erit sentorum squalor agrorum.
Aut famis, aut fruges vastantis grādinis horror.
Verum pax terris florebit in omnibus alta.

Talia sacra suis. Imitatio Cæculliana

Talia diuino fuderunt carmine fata: Item
Currite ducentes subtegmina, currite fusi,

Parcæ vnde dicantur explicuimus in Minerua
quum receptam Grammaticorum Antiphrasim
explodimus.

Cara Deum sobol. Virgilius in Cæci,

Cara Iouis soboles magnum Iouis incrementum

Omih tam long. Eusebius citat Sibullā Eruth. sic
Quid mihi o domine diuinationis neces-
sitatem imponis, & non magis à terra in
sublimē

sublime sublatam vsque ad beati aduentus tui
diem custodis;

Incipe parue puer. Politiam. Miscell. 89. dis-
putat contra Seruium ex lib. 9. Quintiliani,
Quintilianus enim non Cui, legit, sed qui, plu-
raliter, hoc sensu: ex illis qui non risere hunc ne-
que dea, cat. Sed mihi nec Politianus, nec Quin-
tilianus satisfacit. Ego enim risu matris intelligo
pueros incipere cognoscere matrem, & ideo se-
quitur: cui non risere parentes, cat. quin filegas:
qui non risere, vox Qui, in dandi casu intellige-
tur, melius enim declinabis Quuius Qui, quam
cuius cui, vt recte docet Petrus Bembus in
Phorm. Terent.

ECLOGA V.

Et quum sollemnia vota reddemus Numphis. Quid
sit sollemne & vnde dicatur diximus in Miner-
ua. Porro, reddere vota Numphis in agro, ex ritu
antiquo est, Nam Nūphis in agro religioso ope-
rabatur. Sic apud Eurypid. Ægistus in agrū exit,
vt Nymphis sacrificet. vnde illud:

Et quo (sed faciles Numphæ risere) sacello,

ECLOGA VII.

Iupiter, & lato descendet plurimus imbri.

plurimus, & multus aliquando non significat numerum, sed longitudinem, ut mons plurimus, nux plurima pro amygdala in Georg. plurima ceruix, id est, longa. Sic Horatius in Odis, quod non intelligunt interpretes:

Plurimus in Iunonis honorem.

Id est, qui multus est in laudibus Iunonis.

ECLOGA VIII.

Terna tibi Licia circundo. Utitur hæc magala ce & licio, ut diuinet an vir sit venturus. Lances erant patinæ sacræ, quibus magæ uti solebant in inquerendis furtis. Hæc inuoluebantur licijs discoloribus, ita ut penderent intra licia, deinde prolatis & nominatis ijs, de quibus erat suspicio, lanx sua sponte mouebatur intra licia. Hinc iã, patet quid sit illud à doctissimis viris diu quæsitum nec inuentum. Furta per Lancem & licium concepta tanquã manifesta vindicator. Non enim tria sunt genera furtorum, sed duo tantum, Manifesta, & Nec manifesta. Sed Leges. 12. tabul. iubebant ita fidem haberi Licijs & lancibus in cõcipiendis furtis, (quia res diuina erat, & quasi diuinæ fortes) ac si essent furta manifesta. Solebat etiam hæc furtorum conceptio fieri per acumina, id est fixis in vano pendenti cultris tōsorijs,

& nominato fure vanus vertebatur in girum Sed hæc non solum nostris temporibus, sed etiam antiquitus sunt prohibita.

ECLOGA IX.

Ante sinistra cornix. Lib. 1. de Diuinat. Q Cicero diuinationem defendens sic ait: Quid augur? Cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum. Cui M. Cicero respondet lib. 2. sic. Nulla est inter augures conuenientia. Et Ennius more Latino, leuum dixit pro bono: & Homerus dextrum pro prospero accepit. Ita nobis (subdit) sinistra videntur: Graijs & barbaris dextra, meliora. Quanquam aud ignoro, quæ bona sint, sinistra nos dicere: etiã si dextra sint. Sed certe nostri sinistrum nominauerunt, externique dextrum, quia plerumque melius id videbatur. Hæc Cicero. Sed hæc aliquantulum excutiamus, Quoniam Lambinum & Turnebum video discrepantes in illo Horatij libro. 3. od. 27. Turneb libro. 6. cap. ultim. Coruorum auguria a dextris felicia, à sinistra infausta: vnde quum solis ortum leuam partem crederent augures, dixit Horatius: Oscinem coruum prece suscitabo solis ab ortu. Lābinus sic. Augures, quum auguriū captabant, Oriē tē solem expectabāt, vt meridies esset pars dextra: cæt. Liuius lib. 1. aliquātū obscurè Numæ in augurationē depingit. Rex in lapide ad meridiē

versus confedit: augur ad læuam eius capite velato sedem cepit: regiones ab oriente ad occasum determinauit dextras ad meridiem partes, læuasque ad septentriones esse dixit. Hunc locum ex Plutarcho in Numa, & ex Dionysio Halicarn. sic interpretor: Rex sedebat versus ad meridiem capite velato, & augur iuxta regem sedem cepit versus in orientem, & ita dextras dixit meridiem. dispunge igitur sic. augur ad læuam, eius capite velato, sedem cepit. Sed in Virgiliano loco explicando magis placet Aristotelis sententia qui. 2. cœli c. 2. dicit augures dextras & sinistras non ex natura cœli, sed respectu sui constituere. Itaque pastor hic ad suam dextram cornicem audiuit. & quia in arbore glandifera crocitantem audiuit coniectatus est, non esse suscipiendas lites de agro cum clamoso milite.

ECLOGA X.

Nec te pœniteat pecoris. Verbum pœnitet non solum à Grammaticis, sed etiam à doctis in varias distrahitur significationes. Sed quum in libro de causis linguæ Latinæ liquido comprobauerimus, vnius vocis vnicam tantum esse significationem: in hoc etiam verbo explodimus illam, quam huic verbo, non sine discipulorum

rum admiratione Grammatici inculcant, id est, parum videtur. Terent. He autont. Me quantum hic operis fiat poenitet. His & alijs tenebris implicantur Grammatici, quia veras, proprias, & genuinas interpretationes vocum, aut ignorant, aut vilipendunt. Nam si vocum etymologias rimarentur, nec verba impersonalia pueris obtruderent, nec cū Calepino varias significationes sonarent. Poenitet igitur verbū actiuū est, coaluit ex poena & tenet. vt. Poenitet me conuiuiorum, id est, poena vel poenitentia conuiuiorū tenet me. Q. Curtius: Malo me fortunæ poenireat, quā victoriæ pudeat: id est, malo me fortunæ poena teneat, quam pudor inhonestæ victoriæ me teneat. Poenitere dicimus, quū quæ ipsi fecimus, ea nobis post displicere incipiunt, & molesta esse. Hispan. (*desdeñar, enfadar*) Sic Ecclog. 2.

Nec te poenitea: calamo triuisse labellum.

Vbi triuisse labellū, p re cto est, tritura labelli nō poeniteat te. potest esse quoq; infinitū pro genitiuo, vt si dissoluas: pæna triuisse labellū ne teneat te. Sic etiā dicim⁹. Tēdet nos laboris, vel laborare, id est laborare tēdet nos, aut tēdiū laboris nos tenet. Tenēt Non te hæc pudet; Plautus: Quod pudet facilius fectur, quam id quod piget.

AD IIII. ECLOGAM.

Carmina XXXIII. Sibyllæ Erythrææ, ex libro . 8 . cum hac acrostichide,
 I H S O Y S, X P E I S T O S, T H E O Y,
 Y I O S, S O T E P, S T A Y P O S,
 id est, I E S V S C H R I S T V S Deifilius Soter Crucem.

Magist. Franc. Sanctio interprete.

*I*udicij signo sudabit terra paescens.

E rex æternus summo descendet Olympo

*S*crutari mortale genus terramque polumque

*V*nde Deum pius atque malus clareque palamque

*S*ummum cum sanctis in sæcli fine videbit

*C*orporeum, ille animas solio censebit ab alto,

*H*orreat incultus densis quum sentibus orbis.

*R*efringent simulacra viri, gazæque peribunt.

*I*gnis & exuret terras cælumque salumque.

*S*crutans exuret postes orci que cauernas

*T*unc repetet lucem sanctum turba : scelestos

*V*ret inexhaustus per sæcula cuncta caminus,

*S*ecretosque actus omnes tunc quisque loquetur.

*D*um reteget furuis Deus obsita corda tenebris.

*E*cce dolor cunctis, & stridor dentis adesi.

*I*pseque Sol deerit, nec ducent astra choreas,

*F*ulgorem amittet cælum, luna aurea lumen.

*I*nsurgent valles, subsident ardua montis,

Luxus

Luxus fastosus mortales deferet oras
Inde æqui montes campis, hinc cæcula ponti
Veffor non verret: putrescet fulmine tellus.
Sic fontes simul arescent, & fluminis alvei.
Stridula tunc querulum sonitum tuba fundet Olym
Orbis grande malum rugiens, & damna futura (po,
Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens.
Et venient omnes reges magni ante tribunal.
Refluet è cælo tunc sulphuris amnis & ignis.
Cunctorumque hominum fient manifesta sepulcra.
Robur erit fidis cunctis optabile lignum,
Vita piorum hominum: cæci sed scandala mundi.
Collustrans vndis bisseño in fonte vocatos
Egregius pastor virga compescet acerba
Maximus ille Deus, descriptus acrostichide ista.
S cruator, nostra Athanatos Rex crimina pendens.

F I N I S.

64 Aeneidos carminibus exploduntur:

¶ Diuina Aeneis perfectissima est. Nugantur qui scribunt, Virgilium, quia non satis esset emendata, iussisse comburi: & ut fidem huic rei faciant, obtrudunt nobis declamatoris cuiusdam versiculos, quasi ab Augusto factos vetante comburi diuina carmina. Ex industria Virgilius graues aliquas sententias hemistichio cludebat ut: *Huc cursus fuit: cuncti simul ore fremebant Dardanidae: Munera laetitiamque Dei: Et quorum pars magna fui: Quid puer Ascanius. Siluius Albanum nomen. & multa alia*: quæ orania male feriati homines, & inepti poetastris supplere conati sunt, ex quibus quædam remanserunt, quæ pro virgilianis habita commentatoribus non leue negotium facesserunt.

Expunge igitur inepta illa, & indigna Virgilio quatuor carmina, quæ nullus antiquorum legit: nam opus Aeneidos ab illis omnib. vocatur: *Arma virum*.

¶ Libor. 2. vers. 6. dele: *Quis talia fando.* Nam barbarum est: legendi libros: legendo libros: ad legendum libros: nec Latina lingua agnoscit Gerundia, & Gerundiua Grammaticorum, ut alibi fusius affirmamus.

¶ Libro. 2. vers. 76. lege: *Ille hæc:*
cuncta

Cuncta equidem tibi rex: dele: posita tandem formidine fatur: nam hic versiculus aptissime quadrat ceteris li. 3. *Æneid.* at hic deposita formidine nō quadrat quia inferius legimus: *Prosequitur pavitans: vox Tandem*, hic locum non habet, quia nihil adhuc dixit, vox: *Fatur*, frustra est, quum statim sequatur: *Inquit.*

¶ Libro. 3. vers. 439. lege: Quid puer Ascanius?

Talia fundebat lacrumans, longosque ciebat.

Cætera ex diuersis locis Virgilianis male hic assuta sunt.

¶ Lib. 3. ver. 484. dele: neque cedit honori: quæ verba coegerunt Seruium delirare.

¶ Lib. 3. ver. 660. leg. Lanigeræ comitantur oues, ea sola voluptas, Solamenque mali, abijce putidum illud: de collo fistula pendet.

¶ Lib. 4. ver: 435. leg. Extremam hanc oro veniam.

Talibus orabat, talesque miserrima fletus,
Ineptus glossator non intellexit: *Extremam hanc oro veniã*: referri ad *A Eneam*, & esse extrema verba petitionis, sed retulit ad *Annam*, & nihil explicauit.

¶ Lib.

¶ Lib. 5. ver. 547. leg. *A Epitydem vocat.*

Vade age: & Ascanio, si iam puerile paratum
Infra est verbum: Ait, quod etiam si non esset
ineptum fuit addere: Fidem sic fatur in aurem.

¶ Lib. 6. ver. 36. leg. *Deiphobe Glauci.*

Non hoc ista sibi tem. spect. poscit.
Dele: Fatur, quæ talia regi: nam infra est: Talibus
affata Ænean: & vox (regi) nihil hic agit.

¶ Lib. 6. ver. 164. leg. *Misenum Æolidem:*

Hectoris hic magni fuerat comes, Hector. circ.
Hic meras nugas inculcant aliqui.

¶ Lib. 6. 763. leg. *Silvius Albanum nomen:*

Quem tibi long. serum Latin. conuinx
Nugatur Aggellius, & afflictantur doctissimi
viri in explicanda Postuma prole sed frustra.
Nam Virgilius tam inepte nunquam scripsisset.

¶ Lib. 9. vers. 363. expunge integrum versiculū:

Post mortem bello Rutuli, prædaque potiti.
Sic Scruium, & commentatores magna libe
rabis anxietate, infra legitur: Victores præda Ru-
tuli, spolijsque potiti.

¶ Lib. 10. ver. 186. leg. *Transferim Cygne.*

Cuius olorina surgunt de vert, penna.

¶ Libro . 10. vers. . 213. expunge, totum versiculum,

Quot prius ærata stet. ad litt. prora. ex lib. 9.

¶ Lib. 10. v. 490. leg. *Quem Turnus super assistens:*

Arades hinc, inquit, memor, mea dict. referte.

¶ Lib. 11. vers. 41. *Cuspidis Ausonia:*

Tene, inquit, miscrande puer, quum lata veniret,

¶ Lib. 11. vers. 415. leg. *Quamquam ô.*

Hic mihi ante alios, fortun. laborum.

¶ Lib. 11. vers. 822. *Quicum partiri curas:*

Hactenus Acca soror, potui: nunc vuln. acerb.

¶ Lib. 12. ver. 10. leg. *Tunc sic affatur regem:*

Nulla mora in Turno: nihil est, quod dict. retrah.

¶ Libro. 12. Vers. 47. leg. *vt primum fari potuit, sic incipit:*

¶ Lib. 12. ver. 168. leg. *Et iuxta Ascanius,*

Procedunt castris: praque in veste sacerdos

Ridi-

68 Æneidos carminibus, exploduntur:
Ridicula & puerilia fere sunt omnia que narran-
tur in vita Virgilij: sed nihil magis risu dignum,
quam quod narrat Petrus Crinitus ex seruiō &
alijs, Ciceronem audisse aliquando Virgilium
publice recitantem, & exclamasse: *Magnæ spes
altera Romæ*, sed merum esset delirium si talia
verba essutiret Cicero si viueret, sed neque tunc
erat intervius. Et Virgilius post debellatos
Cæsaris interfectores agros amisit & Romam
venit, & post acceptos agros primam eclogam
composuit, dele igitur: *Magnæ spes altera Romæ*:
qua verba cum præcedentibus non possunt
coherere.

¶ Libro. 12. vers. 806. leg. *Uterius tentare veto.*
Sic dea submisso contra Saturnia vultu.

¶ Lib. 12. ver. 806. Dele, sic Iupiter orsus.
Non enim incipiebat Iupiter sed desineba.

F I N I S

SALMANTICÆ.

Excudebat Didacus á
Cussio.anno.

clō. lō. xci.


ALMA MATER

Excelsior Didericus

Cursio. anno.

cl. l. c. l.

P. N. S.





210/26

